Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31625
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

non religioni, sed vanitati ascribe. Unde cernens
indolem tuam expertem, ignaramque consilii, flexus
pietate ceu pater moneo te deserere hanc animi
levitatem, et ad potentissime nostre consultatio
nis gratuitatem te conferre: ut honoris apicem repe
tas, ne diis iratis vitam per mevum tui floris ino
pinata morte consumas. Quis umquam primatum
suum exosus abiecit? Quis umquam gloriosus ex
istens ad ignominiam sponte prolapsus est? Novum
est hoc genus calamitatis. Ad hec beatus Mercurius: Puta
bam inquit me imperatorem adisse christianum, sed domici
anum repperi. Nam sicut predecessores tui vice regia po
tiris, ita et iratus sum te christianitate profundi. Et id
circo non detracta militia, sed comitatus expeditione
exortus sum prelio barbaros. Victoriam fecit Christus dominus
per me tyrunculum suum. Nunc autem quia conspexi te ydolis
deditum, fas est mihi penitus decere tuo famulatu. Sed si re
licta ydolatria verum dominum credideris, expediam que
hortaris. Talia dicentem non ferens, ilico Decius percelsa
voce dixit: Usquequo miles insanus? Remotis omnibus
verborum conflictationibus, negocium summam ad medium du
camus. Sacrifica diis, quod me mediante senatus ma
gistratusque romanus omnibus precensuit faciendum. Beatus
vero Mercurius respondit: Ego non pluribus diis, sed uni deo memet
ipsum sacrifico. Non falsos deos, sed verum dominum, non homunci
os mortuos, sed viventem in secula, sed non creaturam, sed creato
rem omnium adoro. Sed quoniam ad credendum uni dei cultum
scripture christiane fidem non admittis, quoniam fictam et commentici
am esse derogatis, oportet ad quasdam rerum similitu
dines animum intendere, quatenus per utrinque earum unitatum
significativam unius dei essentiam patenter nobis possit
demonstrari. Nempe illa summa et invisibilis mona
peas que videntur intellecta conspicis, quoniam hic argumen
to conicere possum. Quod in mundo unus est et omnibus mor
talibus velut una constat domus, quod in eo dies una omnibus
et nox simul omnibus una. His communibus elementorum
monadibus procul dubio colligi et credi potest, quod unus
est omnium deus: et ratione constat unius domus non plures, sed unum
regem habere, profecto divisa pluribus nullo fere sine
casu pacisci. Etenim ni fallor, ex scripturis nostris refe
rente genitore meo olim me contigit audisse, quod her
mes quoque trimegestus quem inter deos astruitis, unum
deum loquitur, eumque incomprehensibilem atque inestimabi
lem confitetur. Inquit et plato toti grecie magister philo
sophorum princeps pari ratione consentit, unum deum mun
di fabricatorem asseverans, ceteros autem angelos aut de
mones dicens. Ut non aliorum assertionibus credere forsan
refelles saltem prefati luculentissimi dei tui testimo
nium credito. Si vero non credideris, falsitatis eum argu
es. Falsissimos quos deos dumtaxat te colere comprobabis. Tum
Decius astu tali renuens aiebat: Ista que preeundo di
vinam rem obicis, scientie scilicet non sed opinationis esse
convincuntur. Multa quidem eque similia inveniuntur in rerum
causis que divinis non optantur officiis. Multaque libris
data repperiuntur ad inanem seductionem indita, prosophis
mata, que potius suasoria quam veri similia comprobantur.
Sed nos expressa veterum patrum auctoritate per succidu
as generationes didicimus, nec non et divinorum poetarum
carminibus pagine testantur. Simul et lege sacra
firmatum. quid dicam antiquitus condita perspicua fano au
rataque pulvinaria, que mearum assertionum extant in
dicia? Quod Saturnus, Iuppiter, Apollo et Arthemis, nec non
et alii quos deifico nomine senatus inter sacra differunt
ve dii s. Beatus Mercurius: Quid inquit adhuc violenta
potestatis loquacitate mearum responsionum seriem con
iectas? Peroci enim est ab ipsis artium rudimentis symula
chrorum fictores sive pictores et poete, propter operis ve
tustatem, licentioso mandatio dediti favorabiliter ocu
laria potius et aurium oblectamenta quam rerum veritatem
prosequentes, insensati inanem falsorum deorum persuaserunt
concupiscentiam, qua pellectum ac deceptum genus huma
num laborintheos patitur errores. Veruntamen ut
superius meminisse te contigit, peto ut conicias quid
Arthemis dicatur. Decius respondit: hoc est beatorum dea greco
vocabulo Arthemis appellata, quam latini interpretan
tur Dianam, cuius germanum nomine Apollinem vaticina
tionis gratia maiores nostri donis aureis apud Delphos
crebro consultabant. Nunc vero quid valebis et hec astruere non
esse verum dominum, ad quem tantarum reges sic adunatam vocem
muneribus consulendum defluebant. Beatus MERCURIUS
contra sic infit: Hos quos laudibus extollis ex latona sicut
fertur adulterio iovis editos potius spurios quam deos nun
cupes. Quorum unus multos principium sue calliditatis
amphibolia fefellit. Quorum ceteris omissis brevita
tis studio cresus et pyrrus testimonio produntur. Qui
pares tamen diversis locis et temporibus ab eo delusi,
alter fractis bellis amissisque copiis profugus ab italia
abscessit, alter vero captus ab hoste vitam cum opibus perdidit.
Et ut ordine dicta prosequar: quid dicam de Saturno qui liberos
suos ciclopea commessatione [gap] ultra
bestialem morem fertur assumpsisse. Ex quo lugubris
ille ritus in posteras promulgatas gentes natos
suos pro hi nefas ymmolare pellexit. Quid impu
dentius ioue, cuius incestus et adulteriis nec equine li
bidinis equari possunt? Pro talibus quibus homullis.
ut verius dicam demones suppositi execrabilia quon